# Delivrance (.)

Faittes par humbert de Clare garde des monnoyes du Dauphin de plusieurs marcs d'argent ouvrés dans les monnoyes de Cervie, d'Avisan, et de Grenoble.

Du 7. fevrier 1327.

In nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejusdem 1327.° Indictione 10.ª Die 7.ª mensis februarii, apud Gratianopolim in domo Dom. Guillelmi allamandi Discretus vir Dominus humbertus Clareti Canonicus de Romanis, Custos monetarum Illustris viri Dom. Guigonis Dalphini Viennensis, de consilio, ut dicebat, Jacobi de Dya, dicti Lappo, Joannis Coyraterii experti in arte monetarum, et Guioneti Bona pila Essayatoris monetarum, fecit deliberationem de quinque millibus tercentis septuaginta quinque marchis operatis in moneta Cerviae per Bartholomaeum Latondi, nomine Aindarelli Dinmontani Magistri dictae monetae; videlicet in moneta alba reperta, et probata ad novem denarios et unum granum de liga argenti fini, et debilis in pondere

sex viginti decem librarum octo solidorum vien-
-nensium, qui debentur populo: Et ultra ligam
sibi concessam quinque millia tercentum sep-
-tuaginta quinque granos, qui grani valent centum
quindecim libras, quindecim solidos, quatuor de-
narios viennenses, quas centum quindecim
libras, quindecim solidos, quatuor denarios
de ligâ debet populus Magistro, et ulterius
debebat dictus populus Bartholomæ, ut dicebat
dictus Dom. humbertus; de aliis deliberationibus
aliâs factis novem libras, octo denarios, et
sic factâ recompensatione de ligâ ad pondus
et de pondere ad ligam inter populum, et Magis-
-trum restat, quod debet dictus Bartholomæus
populo sex libras, tres solidos, quatuor —
denarios. Item de duobus millibus, ducentis
decem novem marchis monetæ albæ operatis
in monetâ avisani per Bindarellum prædictum
quæ fuerunt repertæ, et probatæ ad novem
denariorum, dimidium granum de ligâ, et
debilis in pondere quadraginta tres libras, tribus
solidis, sex denariis qui debentur populo; —
et ultra ligam sibi concessam reperti fuerunt
mille centum novem grani, et dimidium
qui valent viginti quatuor libras, sex denarios

quas debet populus Magistro. Item, de duobus millibus ducentis quater viginti duodecim marchis monetæ albæ operatis in moneta Gratianopolitanâ per dictum Bindarellum qui fuerunt reperti debiles in pondere triginta octo librarum, sex solidorum, qui debentur populo, et ultra ligam sibi concessam mille centum quadraginta sex grani, qui valent viginti quatuor libras, quatuor dictorum solidorum, sex denariorum quos debet populus Bindarello. Item debebat magis dictus populus Bindarello, ut dicebat dictus Dom. humbertus de aliis deliberationibus monetarum factarum apud avisanum, et Gratianopolim sexaginta unam libras, octo solidos, et sic facta recumpensatione de ligâ ad pondus, et de pondere ad ligam de dictis duabus deliberationibus ultimis inter Magistrum, et populum, et de resta aliarum deliberationum, aliás factarum de monetis factis avisani, et Gratianopoli, restat quod populus debet Bindarello viginti quatuor libras, tredecim solidos, sex denarios, et de dictis summis et deliberationibus dictus Dom. humbertus, tanquàm custos dictarum monetarum prædictos Bindarellum, et

me stipulantem nomine dicti Bartholomaei, et ipsorum quemlibet liberavit. &c. actum ut supra, praesentibus Domino Joanne humberti Jurisperito, humberto Boissonis clerico, aymaro Camerario Domini montis-albani, et me huberto Pilati. /.